

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Dialogus octavus de iusto

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

DIALOGVS

OCTAVVS DE
IVSTO.MARSILII FICINI
ARGVMENT.

SOCRATES perfectam reipublice formam septem iam dialogis absolvit, septenario Palladis numero consecratam. Eamque tum regiam, tum optimatum appellat gubernationem. Optimatum quidem, quoniam in ea plures virtute praeclari publicis funguntur muneribus. Senatūque constitunt. Regiam verò, quoniam et una omnium ad publicum bonum est voluntas, una mens quasi regina, & si quis inter eos probitate est singularis, singulariter honoratur. Neque tamen huic tantum tribuitur, ut absque Senatu, id est, probatorum omnium numero possit publica permutare. Reliquum erat post optimam & beatam reip. formam in medium inferiores ad ducere. Has autem numerat quattuor. Primam quidem esse vult eam, in quam optima mox degenerat, quam nominat ambitiosam. Secundam verò potentiam paucorum ex ambitiosa nascentem. Tertiam popularem ab hac procedentem. Quartam postremò tyrannidem ex populari praecipue pullulantem. Quoniam verò rerum publicarum formae à formis proveniunt animorum, quinque demceps animorum affectus & habitus, totidemque civitatum & similes esse similiter nominatos mira quadam arte describit. Summatimque regiam animum optimum esse concludit atque beatissimum, & similem similiter civitatem. Tyrannicum verò pessimum atque miserimum. Civitates quoque à tyrannis oppressas, pessimas similiter atque miserimas. Medios autem animos gubernationesque, mediis modo quodam medio se habere concludit. Ex omnibus his apparet quam perniciosam tam in civitate quam in animo sit iniustitia, & utrobique iniustitia quam salutaris. Vtique autem permutationis tam animorum quam civitatum ex alijs formis in alias mirabili explicat diligentia. Praecipue verò mutationem beatae reipublice, & ut ita dixerim, aureae in ambitiosam sive argenteam, sive ferream, ab altiori ducit exordio, singulaeque Musas id tanquam oraculum effundentes, sive potius confundentes. Profecto si beata respub. proprio defectu in deteriorem labi non potest, & tamen quandoque labitur, communi quodam defectu & causa labitur. Qua quidem in re Aristotelicas ridere licet caelum. Neque enim debuit Aristoteles in quinto Politicorum à Platone suo, imò nusquam suo, propriam beatae reipublice permutationem exigere causam, quum nulla sit propria, sed communi debuit esse contentus. Quemadmodum enim homo & validissimus & temperatissimus, sic & eiusmodi civitas non tam propria quam communi causa morbi laborat, id est, fatali quodam ordine, ita per celestes circuitus qui in se a se mutantur, perpetuo reuolvente, ut quae certis sphaerarum configurationibus temporumque, curriculum composita sunt, quaedamque dissolvantur aduersis. Quoniam verò eiusmodi causae assignatio praesentis civilitatisque facultatis terminus procul excedit, ideo Socrates vaticinio musarum vititur. & profecto ita vititur, ut & nobis ad haec interpretanda opus sit Apollinis vaticinio. Nec immerito Tullius ubi rem esse obscurissimam breuiter vult exprimere, id inquit numero Platonis obscurius. Neque miror Theonem Smyrnenum mathematicae in primis Platonicae professorem eiusmodi mysterium tanquam inexplicabile astute praetermississe. Quod quidem Iamblichus Chalcideus dum explicare voluit, implicuisse videtur. Quid verò? si in eiusmodi verbis plus difficultatis sit quam ponderis? Quippe quum & ipse fingat Musas tragica quadam tumiditate nugantes perterrentesque, animum puerilem atque simplicem, stuporemque adducentes. Denique quaecumque id sit opportunius ex commentarijs in Timaeum expositionem nostram accipies. Ceterum moralia haec praecipua considera. Impossibile est diuitias honorari in civitate simul atque virtutem. Item tradere diuitioribus reipublice gubernacula perinde est ac si naus non peritiori in nauigando, sed locupletiori gubernanda tradatur. Nempe & haec & illa periclitabitur. Rursus custos contra omnia virtutis tutissimus est scientia. Praeterea contrarij minus summum, alterius est principium. itaque extrema libertatis licentia, extremae seruitutis est principium. Sicut in qualibet qualitate, rerumque & temporum excessus omnis verti potest in contrarium consequitur. Idem in epistolis aut moderatam probans ante omnia libertatem.



LSTO inquam, constitit equidem inter nos, o Glauco, in civitate optime instituta coes esse debere mulieres et filios. Communem quoque omnem eruditionem. Communia similiter omnia, tum belli, tum pacis officia. Reges aut ipsorum esse homines debere in philosophia & rei militaris studio praestantissimos. Constitit plane. Quin & haec coesimus, quod scilicet cum tales principes iam fuerint constituti, in expeditionem euntes, habitatores militibus quales praediximus, assignabunt, coes scilicet omnibus, in quibus nihil cuiusquam sit proprium. Neque de habitatione solum, verum etiam de suppellectili & possessionibus si recordaris quales debeant esse, convenimus. Memini equidem, inquit, censuisse nos nihil eorum quae nunc possident alij, esse ab aliquo possidendum, sed tanquam belli athletas atque custodes in mercedem custodiae annua ab alijs alimentariis suscipientes, eos oportere & sese civitate tueri. Probe, inquam. Sed postquam haec absolvis, repetamus iam unde huc digressi sumus, ut per eadem rursus proficiscamur. Haudquaquam difficile istud ferme. n. quemadmodum nunc, quasi de civitate satis egisses, adiecasti, quod talem civitatem bonam vocares, qualem describerat, bonumque virum quicumque illius foret persimilis: cum talem posses adhuc, ut apparuit, meliorem civitatem virumque referre. Dixisti praeterea si haec recta sit respub. ceteras aberrare. Reliquarum verò rerum publicarum, ut memini, species esse quattuor, de quibus verba facere oportere, earumque defectus inspicere, & huius ipsarum similes declarare: ut eos omnes intueri, et quis optimus sit vir, quis pessimus declarantes, consideremus, ut quid vir optimus felicissimus, pessimus aut sit miserimus, an se res aliter habeat. Cum verò abs te ipse quaereres quae potissimum quattuor respub. diceres, tunc sane Polemachus & Adimantus mihi sermonem interruperunt, ut de tu orationem sumens huc denique pervenisset. Recte admodum meministi. Ergo rursus tanquam luctator eandem ansam praebere, & me idem interrogante, conare nunc ea dicere, quae tunc eras declaraturus. Si quidem poteris. Equidem audire percipio, quae nam respub. quattuor supra dicebas. Haud difficile istud audies. Sunt enim quae dico, illae quae & nomina habent, ipsa videlicet quae multis laudatur Cretensis & Laconica. Secunda verò et secundo loco laudata ea qua paucorum potentia nominatur, plurimum, eamque sequitur, gubernatio popularis. Praeterea generosa tyrannis, ab his omnibus differens, quartum civitatis extremumque morbus. An aliam habes reip. formam, quae in perspicua et distincta quadam ratione sit sita? Nam et minores quidam principatus, et regna venalia, & tales quaedam civiles potentiae inter haec quodammodo medium obtinent. Quarum non pauciores inter Barbaros quam inter Graecos reperiuntur. Multae certe, et absurdae memorantur. Totidem quoque sunt hominum quodammodo species atque mores. An ex quercu forte existimas, aut silice respub. fieri potius, quam civium moribus, qui quocumque fluxerint, cetera secum rapiunt? Ex moribus proculdubio. Quare si gubernationum species quinguae sunt, privatorum quoque, atque omnium affectuum quinguae erunt. Nil obstat. Virum certe simile optimatum gubernationi vidimus, quem bonum, et iustum recte asserimus.

mus. Vidimus. Deteriores deinceps narrare decet, contentiosum ambitiosumq; hoem secundum Lacedaemoniorum temp. institutum: praterea paucorum imperij cupidum, & popularem hoem, & tyrannicum: Ut iniustissimū discernentes, cū iniustissimo comparemus, perfecteq; dignoscamus, quo modo summa meraq; iustitia ad summam se ac merā iustitiam habeat, quo ad hois iusti, vel iniusti beatitudinem, vel miseriam pertinet: Ut vel Thrasymacho obtemperantes, iniustitiam prosequamur: Vel praesentibus rationibus persuasi, iustitiam. Ita prorsus agendum. Nam sicuti capimus ante in rebus pub. mores ad advertere quam in privatis personis, quia illic magis pateant: ita & nunc in primis consideranda est ambitiosa respub. cuius nullum habeo nomen prater ambitiosam potentiam, & principatum: post eam vero virum tale considerabimus: deinde paucorum potentiam, talemq; virum: postea multitudinis gubernationem, & hoem popularem: demum tyrannide pressam civitatem considerantes, & inde tyrannicum cognoscentes animū, conabimur ea quae proposuimus, sufficienter dijudicare? Recte in hunc modum inspectio iudiciumq; procedet. Age itaq; explicare conemur, quo pacto ambitiosum imperium ex optimatum gubernatione nascatur. Quin hoc simpliciter verum est, oem temp. ex eo quod dominatur, mutari, quādo in ipso seditio oritur: dum vero secum ipso consentit, et si valde exiguum sit, mutari impossibile est. Est ita. At vero quoniam pacto, o Glauco, civitas haec nostra e suo statu movebitur? principes, & defensores inuicem, & inter se dissidebunt? An vis imitantes Homerū Musas oremus, ut nobis explicent, qua rōne seditio primum incidat? Dicamusq; ipsas tragicorū ritu, nobiscū veluti pueris iocantes nugantesq; ita loqui, ut dū nugantur, serio agant, magnumq; quiddā loquantur? Quoniam pacto? Ita ferme. Difficile quidē est ita constitutā civitate e suo statu moveri. Verū cū oē quod genitum est, corruptioni sit obnoxium, talis est constitutio semper manere non poterit, sed soluetur. Solutio vero haec est: nō solum circa plantas, sed terrena et aīalia, fertilitas, & sterilitas aīa, corporumq; contingit, quando reuolutiones singulis circuloꝝ coniunxerint ambitus: his quidem q̄ brevis sunt aui, ambitus breviores, contrarijs vero contrarios. Illi vero quos ad civitatis gubernationē educavi stis, quāvis sapiētes fuerint, nihilo magis vestri generis vel facundā vel sterilem generationem, rōne vna cū sensu assequantur, sed latebit eos opportunitas generādi, & plerunq; cū non opportunū fuerit, gignendis filijs operam dabunt. Est autē ei quod diuinitus generandum est circuitus, quē numerus continet perfectus. Humana vero genitura is vtiq; in quo primo augmentationes superantes, & superata tres distantia, atq; quattuor terminos accipientes, similitium & dissimilitiū, & crescentiū & decrecentiū, cuncta correspondentiā, & comparabilia inuicē effecerunt, quorū sesquitertia radix qui nario coniuncta duas harmonias praebet ter aucta. Vnam quidē equalē equaliter, centū centies. Alterā vero equalis quidē longitudinis, sed oblongiori, centū quidē numerorum ex diametris comparabilibus inuicem quinary, indigentibus vno ex singulis, duobus vero qui inuicē dici nequeant, centum vero cuborum trinitatis ipsius. Vniuersus autē hic numerus geometricus talem auctoritatem ha-

bens ad potiorem deterioremq; generationem vim habet. Quod si civitatis vestrae custodes ignorauerint, nec opportuno in tempore sponsas sponis coniunxerint, haudquaquā ingeniosi felicitē suae pueri inde nascentur. Ac licet maiores ipsi eos constituant principes, qui inter illos praestantiores fuerint: tamen quia indigni erunt parentum successionē, in ipsis magistratibus subiectos negligent, neq; musica curam ut decet habebunt, neq; gymnastica, unde iuvenes nimis erunt a musica alieni. Ex his autē principes constituentur negligentiores quā decet ad examinandū genera illa quae apud Hesiodum, & q̄ apud vos referuntur, aureum scilicet genus, argenteū, & aneum atque ferreū. Quoniam vero mixtū erit argento ferrum, & aes auro, dissimilitudo & inaequalitas discors exorietur. Quae vbiq; nascuntur, bellū semper & inimicitias pariunt. Genus autē hōiū hoium vbiq; adest, semper se ditionibus agitur. Recta admodum respondere illas dicemus. Necessē est. n. cū Musa sint. Quid vero post haec Musa dicent? Postquā orta seditio fuerit, utraq; genera ferentur, ferreū quidem & aneū ad quāstū, agrorumq; & domorū possessionē, aurigq; & argenti copiam. Quod vero inest aureū, & argenteū, quasi non inopi, sed opulenta natura, ad virtutē statumq; pristinū. pugnantia vero inuicē & in contraria retrahentia in mediū eadem conuenient, ut diuisis agris & domibus priuatis quaeq; possideantur: illi vero qui ante ab eis seruabantur tanquā liberi, amici, & nutritores in seruitutem redigantur, & velut subditi atq; serui, belli custodiaq; ipsorū curā gerere compellantur. Hinc & mihi certē videtur mutatio haec accidere. Haec vtiq; gubernatio inter optimates, & paucorū potentiam erit media. Erit certē. Mutabitur quidē ita. Cū vero in id fuerit permutata, quem potissimum gubernationis modū seruabit? Vel constat quod partim priorem temp. imitabitur, partim paucorum potentiam, utpote quae in medio locata est, partim etiam quiddam sui proprium obtinebit? Ita prorsus. Et priore quidem imitabitur in eo quod principes honorabuntur, & milites ab agriculturae mechanicisq; artibus & alijs q̄stibus abstinebunt, & coia fient conuiuia, gymnasticaq; ludi, & belli certamina frequentabuntur. Profecto. Sui autē ipsius propria, talia quādā habebit, quod sapientes metuet ad principatus admittere, quia non simplices, neq; integerrimos hōiū viros, sed mixtos possideat: & aīosiores potius simplicioresq; homines ad gubernandum asciscet, qui ad bellum potius quā ad pacē nati videantur? Dolos quinetiā, & machinamenta belli plurimi faciet, semperq; pugnabit? Certē. Atqui pecuniarū cupidi erunt isti, quemadmodū qui in paucorum potentia vitam agunt, & tenebris obruti aurum & argentum rusticus honorabūt, utpote qui araria propriosq; thesauros habeant, quibus ista recondant, ac etiam circumseptā domorum ceu proprios nidos, in quibus multa cū mulieribus & alijs pro libidine erogabunt. Vera loqueris. Nōne & in rebus proprijs parci magis erunt quā deceat? quippe qui magnifaciant pecunias, nec palam acquirant: in alienis autē propter libidinem profusiores, & clanculum voluptatibus indulgebunt, haud secus legem passim refugientes, ac pueri patris aspectum, non persuasionē, sed vi educati, ex eo quod veram musicam quae cū sermonibus & philosophia coniuncta est, neglex

amb.

Es guber.

statio Re.

neglexerint, multoq; magis ac prius gymnasticam quam musicam honorauerint? Remp. ex malo bonoq; mixtam refers. Mixta est profectio: praeter ceteris aut in ipsa propter aofitatis iracundiaq; imperium, contentiois ambitionisq; studia inualescunt. Vehementer. An non haec resp. ita coalescet, talisq; erit, quantum licet sermone reip. figuram non summa omnino diligentia describere, quia sufficiat ex ipsa descriptionis summula virum iustissimum inuissimumue discernere, sitq; ferme opus inextricabile, si quis omnes resp. omnesq; mores nullo penitus praetermisso enarrare aggrediat. Probè. Quis igitur secundum hanc remp. vir? quomodo efficitur? qualis existit? Reor equidem, inquit Adimantus, similem esse Glauconis huius, contentiois gratia. Fortassis, inquam ego, in hoc est similis. Verum in his haud natura similis esse videtur. In quibus? Contumaciorem sanè esse eum necesse est, & a musica quodammodo alieniorem, musica tamen cupidum: & audiendi quidem studiosum, rhetoricum verò nequaquam. Atqui & aduersus seruos agre stis erit hmoi vir, haud seruos despiciens, quemadmodum vir tolerabiliter eruditus: erga liberos autem erit mitis: erga principes quidem obediens maxime, sed & principatus & honorum avidior, oportere existimans non arte dicendi, vel alia quavis simili facultate, sed rebus bellicis, similibusq; excellere & ceteris praesse, cum sit & gymnastica & venationis admodum studiosus. Est certè, inquit, mos hic illius reip. Nonne & pecunias iste in iuuentute contemnet? quo verò senescet magis, eo magis pecunias diliget, ex eo quod auare natura sit particeps, neq; sit integer ad virtutem, quia ab optimo custode deficiat? A quonam? inquit Adimantus. Ratione & operatione inquam musica comixta, q; sola cum adest, per oem vitam virtutem in eo cui praest seruat. Praclare loqueris, inquit. Est virq; talis adolescens ambitiosi imperij cupidus, tali similis ciuitati. Prorsus. Efficitur autè hic talis in huc modum interdum: videlicet cum iuuenis aliquis filius est patris boni in ciuitate non bene gubernata habitantis, honores, principatus, & iudicia fugientis, & reliquam huiuscemodi negociorum curam, libenterq; se subicientis, vt labores vitet. Quonam pacto efficitur? Quando scilicet matrem audit agre ferentem, quod maritus magistratibus minime fungatur, & idcirco inter alios mulieres sese contèptam haberi: tunc indignantem quoties virum aspicit pecunias cumuladis minime indulgere, neq; pro illis vel priuatim vel in iudicijs et publice contèdente sollicitumq;: sed ad haec oia negligentiore, talèq; vt secum ipse visat vt plurimum, vxore verò nec aspènetur quidè, neq; admodum colat. Ex quibus saepe filio mater pèdicet ignauum esse patrem nimisq; remissum, & alia, quæcumq; de talibus garrere mulieres consueuerunt. Multa profectio, inquit Adimantus, talia sui q; similia obloqui mulieres solent. Neq; te latet quod & serui, & domestici, praesertim qui maxime videntur esse beneuoli, talia quædã auribus puerorum saepe insusurrant. Et si quæ viderint, vel pecunias patri debentem, quem ipse nequaquam conueniat, vel in alio quodã iniuriante, edicunt puero, siquãdo vir euadat, hæc oia vlciscatur, virq; magis sit quam pater extiterit. Idem ille filius domo egressus alia horum similia multa audit, videtq;: homines scilicet qui sua i ciuitate officia colunt alienorum minime curiosi, stolidos vocitari,

penitusq; contèni: horum verò dissimiles honorari laudariq;. Cum hæc adolescentulus audit, videtq;, rursusq; patris sermones audit, & studia videt proximè praeter studia ceterorum, ab vtriusq; attractus: a patre quidè rationalis eius vis fouetur & augetur, ab alijs aut concupiscendi et irascendi natura. Quapropter cum non malo sit ingenio natus, mala tamen ceterorum consuetudine usus, & in medium ab his tractus, media se cuidã potentia contentiosa iracundiaq; subijcit, sitq; vir elato aro, gloriaq; cupidior. Naturam huius sufficienter enarrasse mihi videris. Habemus itaq; secundam remp. virumq; secundum. Habemus profectio. An non post hæc Aeschyli illud dicimus, Alterum hoïem alteri ciuitati conuenientem? Imò verò secundum superiorem illam suppositionem, alteram ciuitatem alteri congruam? Ita prorsus. Quæ verò huiuscemodi resp. sequitur, paucorum, vt arbitror, potentia est. Quam potissimum reip. institutionem paucorum vocas potentiam? Eam in qua magistratus a census estimatione cuius tribuuntur, & in qua diuites dominantur, pauperibus verò nulla reip. est coio. Intellego equidè. Nonne dicendum, quo pacto a gubernatione ambitiosa in hanc transgressio fit? Dicendum certè. Vel caco id quidem perspicuum est, quo pacto transgressio fiat. Quonam pacto? Aerarii illud cuiusq; auro plenum, talè perdit remp. Nunc primum quidè nouos sumptus reperiunt, & ad leges deducunt, quibus neq; ipsi neq; mulieres ipsorum obtemperant. Consentaneum id quidem. Deinde alter alterius exemplo & emulacione perciti multi tandem tales euadunt. Verisimile. Hinc effusus ad pecunias cumuladas delapsus, quanto id preciosius, aestimant, tanto virtutem existimant vilire. An non ita virtus a diuitijs discrepat, quasi vitæ in lance statera sint posita, semperq; in contrariâ parte declinant? Ita prorsus. Quando igitur in ciuitate diuites ac diuites honorantur, virtus probiq; viri despiciuntur. Coganturq; ad ea studia oes quæ in honore sunt, ea frequentat: q; verò nullo honore censentur, apud quos laedere solent. Atq; ita ex victoria honorisq; cupidus, q; pecuniarum avidi tandem efficiuntur. Et diuites quidè viros laudant, & admirantur, & ad magistratus euehant, pauperes verò despiciunt. Oïno sic accidit. An non & lege statuunt principatus fines, dū statuunt ubi maior est pecuniarum copia, ibi talè principatum esse maiorem: ubi minor, contrà minore: prohibentq; aliquem imperare, qui non ad certum aliquem censum peruenierit? Hæc aut aut armisq; efficiunt: aut postquam metum incusserint, talè constituerunt remp. Nonne ita? Ita prorsus. Constitutio quidem, vt ita dicam, hæc est. Est certè. Sed quisnam remp. modus? quæue defectus sunt, quos habere eam remp. dicebamus? Principio qualis sit praescriptus hic in ea terminus, aspice. Siquis in nauis gubernatione, a census estimatione gubernatores eligat, pauperem verò licet gubernandi peritiorè haudquaquam admittat, quid ex hoc securum censet? Vt malè nauem ducant. An non eodem pacto in quouis alio principatu? Sic equidem arbitror. Siene in oibus praeterquam in ciuitate? An & in ciuitate praeter ea? Multo èt magis, quoniã hæc grauissima est, & maxima gubernatio. Vnum quidè hunc & tantum paucorum potentia defectum patitur. Apparet. Quid aut hoc? Nunquid leuius? Quale istud? Quod necesse est non vna hæc, sed duas esse resp. vna quidè pauperum, diuitum altera, et

homines intra mœnia eadem habitantes sibi inuicem semper insidiari. Certè non leuius istud. Sed neq; hoc pulchrum est, bellum scilicet gerere non posse: quia cogitur, siue populo utantur armato, eum formidare magis quam hostes: siue non utantur, reuera in ipso plio paucorum potentia studiosi videri: ac et pecunias in eum usum erogare detractabunt, ut puta hoies auari: isthuc inquã an decorum est? Non certè. Nunquid rectè fieri illud existimas, quod supra vituperauimus, ut in hmoi ciuitate iudem hoies in diuersis simul officijs occupentur, terram colant, pecunias cumulent, militent? Nullo modo rectè. Vide utiq; si horum malorum oium hæc prima id grauissimum patitur. Quale id? Ut liceat cuiquam sua omnia alienare, alteri vero illius oia possidere: atq; ei qui alienauit, habitare in ciuitate, dum nulla ciuitatis pars existat, neq; nûmularius, neq; opifex, neq; eques, neq; armiger, sed pauper & egenus passim cognominatus. Prima hæc certè. Hoc profectò in ciuitatibus q; paucorum subiçitur imperio, minimè prohibetur. neq; n. alij opulentiores essent quam decet, alij prorsus mendici. Rectè loqueris. Hoc autè considera, nunquid quando diues huiusmodi erogabat, conducebatne magis ciuitati ad ea q; paulò ante dicebamus: an videbatur quidem e principu numero esso, reuera autè neq; princeps, neq; minister erat, sed proprioru comodorumq; consumptor. Sic utiq; visum est. Erat autè nihil aliud quam consumptor. An vis dicamus, quemadmodum in fauo fucus ortus examinis apum morbus est, ita & hoem huiuscemodi domi natu, pestem reip. fore? Prorsus inquit, o Socrates. Nonne volatiles fucus oes sine aculeis deus fecit? hos autè terrestres, partim sine aculeis, partim diuis armatos aculeis cernimus. Et ex his qui aculeos non habent, inopes tandem in senectute fiunt: aculeis autè instrueti sunt hi qui vocantur malefici. Vera loqueris. Constat ergo in ciuitate, ubi mendicos vides, & fures inesse clam, & latrones et sacrilegos, & horum oium scelerum autores. Constat certè. Nonne in ciuitatibus qua reguntur a paucis, egenos inesse vides? Omnes fermè, exceptis principibus. An no igitur arbitramur, maleficos in ea esse multos aculeis ipsi armatos, quos diligentia ac vi principatus detinet? Arbitramur plane. Nonne ob prauam educationem, et disciplina defectum, & iniquam reip. dispositionem, homines ibi tales euadere asseremus? Asseremus. Talis utiq; erit ciuitas paucis subiecta principibus, totaq; premetur malis, fortè et pluribus. Sic fermè. Constituta iam nobis sit ea reip. quam paucorum potentiam vocant, a census estimatione principes eligentem: post hæc autè inuestigamus quo pacto vir aliquis similis istius efficiatur, et postquam similis est effectus, qualis sit. Sic prorsus. Nonne hac rone maxime ex ambitioso in paucoru imperij cupidum transit? Qua? Quando ibi adolescens aliquis primo quidè patre imitatur suu, eiusq; vestigia sequitur: deinde ipsum aspicit, ut qui in ciuitate tanquam in scopulu offenderit, subito ex culmine dignitatis prolapsus seipm suaq; oia dispergentem, siue post belli expeditionem, siue alterius magistratus maximi dignitate, in iudiciu ab insidiatoribus tractu, a caluniatoribus circueuentum, eiectu, depressum, patrimonio spoliatu. Consentaneu quidem. Ille, o amice, hæc intuitus atq; perpeffus, amisso patrimonio, propter formidinè, confestim ex animi throno am

bitione illam & audaciam deicit, & humilior propter paupertate factus sese ad qstum conuertit, & angusto admodum aro aride nimiu, & parce viuens, seq; in ob-eundo negocio vexans pecunias congregat. An non huiuscemodi hoem tunc existimas in ea animi sede auaritia & lucri cupiditate locare? eisq; in aro regium locum concedere? ornamentisq; regijs exornare, coronis, balteis, fibulis, simbrijs, ense Persico? Equidè. Atq; hic quidem ronalem vim, & aostatis ardorem hunc inde deposita seruire huic cogit, & nihil aliud inquirere, & considerare permittit, quam vnde ex pauciorib. pecunijs plurima cõgregetur: hanc autè nihil aliud mirari, & colere quam diuitias atq; diuites, neq; dignitate ex re alia qua ex pecunijs q̄rere, & siquid aliud ad id conferat. Nulla certè alia mutatio est vsqueadeo velox & vehemens ex iuvene ambitioso in pecunia cupidu. Nonne igitur hic paucoru imperij studiosus est? Mutatio quidè ipsius ex hoie similis est illius Reipub. ex qua paucoru potentia extitit. Consideremus utiq; nunquid similis sic. Consideremus. Principio in eo quod pecunias multi facit, similis erit. Quidni? Quinetia & in eo quod paucior est, & ad lucru audior, solasq; necessarias cupiditates explet, ceteris vero sumptibus nequaquam indulget, sed alias appetitiones tanquam superuacuas cohibet. Magnoperè: Aridior itaq; & squalidior viuit, vndiq; summa parsimonia rem familiare augens, coaceruado intentus thesauro, quos quidem hoies vulgus probat. an no hic erit vir talis Reip. si milis? Mihi quidè videtur. Pecunia itaq; maxime honoratur & ab hoc, & ab oia ciuitate. Neq; n. hic, ut ar bitror, disciplina applicuit ai um. No, ut opinor. Neq; n. eacu sibi ducè preposuisset. Optime quidè. hoc autè ai aduertere. Nonne fucoru natura similes cupiditates ob disciplina defectu inesse dicimus, partim mendicas, partim maleficas, vi quidè ab alia diligentia detentat? Et maxime quidè. Scisne quò inficiens, ipsoru maleficia cernes? Quonam? Ad orphanoru tutelam, & siquid ipsi tale contingit, quo licentia plurima ad iniuriam nascantur. Vera narras. An no id constat, quod in alijs comercijs vir talis, in quibus probus habetur, cu iustus esse videatur, equitate quadã vitæ ceteras cupiditates prauas q; in ipso sunt, cohibet: non idcirco obtèperans, quia non p̄stet, neq; rone mansuefaciens, sed necessitate ac metu circa reliquam substantia contremiscens? Sumoperè. Enimvero, o amice, in multis eoru reperies, quando aliena oportuerit erogare, fuci persimiles cupiditates. Maxime. No igitur seditione intestina sc cavebit, neq; vnus quidam erit, sed duplex, habebitq; in se cupiditates vt plurimu cupiditatu dominatrices, meliores scilicet deterioru. Est ita. Quobrem modestior hic alijs multu erit. Consentietis tamen & cõposita metis vera virtus longe huc effugiet. Mihi quidè videtur. Quinetia ad certam erit tardior vir parcus, quoties priuatim in ciuitate de victoria aliqua honesta, & magnificentia erit certandu, cu pecunias erogare nolit decoris & contentionum hmoi gratia, metuens prodigas libidines suscitare, prouocareq; ad propugnandu contendendum. Cum paucis eorum qua circa se sunt, optimatu ritu pugnant, vt plurimu vinci patitur, & diuitias auget. Sumoperè. Nunquid vltra diffidimus, ad ciuitatis eius exemplum q; gubernatur a paucis, hominè parcu atq; auaru institutum esse? Nullo modo.

De popula-
ris guberna-
tionis consti-
tutione, &
conditione.

Post hæc inuestigandum videtur, quo pacto popularis gubernatio constituitur, & q̄ sit eius conditio, ut eandem in tali hoīe conditionem recognoscentes, eum in iudicium deducamus. Ita sanè iter nobis inceptū similiter peragemus. Nonne hunc in modum ex paucorum potentia in popularem gubernationem ciuitas permutatur, ex eo quod ciues optimum esse proposuerunt, ut quàm ditissimi sint?

Quo pacto? Quia principes in ea propter diuitias dominantur, prodigalitatē dissolutorum iuuenum lege prohibere negligunt, ut emptoribus & fœnoribus eorum usurpantes bona, opulentiores et honoratiorēs euadant.

Maximè omnium. Constat itaq; impossibile esse in ciuitate diuitias honorare simul, & temperantiā possidere, sed necessarium est ad alterius estimationem alterū semper istorū negligi. Constat planè. Dū igitur in paucorū potentia inuentus educationem negligunt, permittuntq; ad libidinem viuere, cogunt sæpenumerò hoīes non ingenerosos ad paupertatem redigi. Maximè. Sedent, ut arbitror, isti in ciuitate aculeis armati, partim alieno are grauati, partim ignominia afflicti, partim vtriusq; malis oppressi, insidiantes illis quos sua nouerunt possedisse, atq; alijs, atq; idcirco res nouas quotidie molitur.

Est ita. Hoīes autem auari, dum lucro incumbunt, hosq; non animaduertere videtur, & reliquorum in super ut quisq; maximè cedit, maximè argento immisso vulnerantes, & patri natos fœnisq; plurimum reportantes, ita fucus egenūq; hoībus ciuitatem replent. Maximè.

Neq; volunt tanti mali incendiū ita extinguere, ut non permittant quæ res suas pro arbitrio agere. Neq; ita rursus & secundum alteram legem talia quedam prohibentur. Secundum quam potissimum? Secundum eam qua post illam proximè sequitur, cogitq; ciues virtutis curam suscipere. Siquis .n. multa ex voluntarijs cōmercijs sui periculo tractare iubeat, nō vsque ad eò impudenter pecunias congregabunt, paucioraq; in ciuitate mala nascetur talia qualia diximus. Sic omnino. Nunc autē his de causis principes subditos sic in ciuitate disponunt: seipsos verò, & suos, & iuniores, delicatos, & molles, & secores reddunt, nullum aut animi, aut corporis laborē tolerantes, voluptatibusq; & doloribus succubentes. Prorsus. Et ipsi quidē tales euadunt, ut nihil aliud p̄ter quæstum estimant, neq; maiorē virtutis curā habeant quàm mendicij. Sic certè. Ita igitur instituti, quoties cōgrediuntur inuicem principes ac subditi siue in itineribus siue in alio quopiam cōmuni cōmercio, atq; opere, aut circa spectacula ad exercitum vel nauigantes vnā, vel militantes, vel etiam in ipsis periculis sese inuicem spectantes, nullo modo in his pauperes à diuitibus despicuntur, sed frequenter homo pauper, macer, cutimq; sole duratus cum in acie ad opulentiam collatus est, in vmbra molliter enutritū, atq; obeso corpore oneratum, eumq; inspicit anhelantē & anxium, nōne censebit ignauiā ceterorū viros hmoī diuites fieri? alterq; alteri vbi priuatim conuenere, narrabunt locupletes illos suos crassosq; hoīes precij nullius esse?

Noni certè ita eos solere. Nonne igitur quemadmodum debile & valetudinarium corpus, vel minima mutatione extrinsecus iniecta in morbos incidit, sæpe et nulla extrinsecus re nocente, ipsum intrā se dissidet: ita & ciuitas malis hyslem affecta parua occasione, aliundē sibi, vel his ex optimatum, vel illis ex populari repub. auxilium

adiungentibus, ægrotat, & secum ipsa dissidet. Sæpe etiam absq; externorum opera, seditionibus agitatur.

Prorsus. Popularis vtriusq; gubernatio fit, ut arbitror, quando pauperes superantes, diuites partim necant, partim in exiliū pellunt, reliquos autē aquis resp. honoribus muneribusq; afficiunt, atq; ut plurimum in ea sorte magistratus obtingunt. Hmoī certè est popularis ciuitatis cōstitutio, siue armis fiat, seu metu discedentibus alijs.

Quæ nā erit igitur horū ciuū vita? qualis gubernatio? Constat .n. quod vir talis popularis aliquis apparebit.

Perficuum. An non primū quidem liberi erunt oēs, ciuitasq; libertatis plena, summaq; licentia pro libidine oīa oēs audebunt? Fertur equidem. Vbi autē licentia, ibi quisq; arbitratus suo vitā instituet. Patet. Omniformes in hac ciuitate nascuntur hoīes. Valde. Videtur vtriusq; hæc oīum esse rerumpub. pulcherrima: atq; ut palliū vtriusq; depictum coloribus, speciosissimū esse videtur, ita ciuitas ista diuersis ex moribus varia, pulcherrima prorsus apparet: ac perinde ut pueri & mulieres varietate distinctis opificijs & spectaculis delectantur, sic multi propter hanc varietatem pulcherrimā arbitrantur. Et maximè quidē. Atqui facile est, o beate in hac ciuitate re pub. querere. Quamobrem? Quoniam oīa rerumpub. genera propter licentiam habet ac videtur necessarium illum qui remp. instituire cupit, quod modo nos fecimus popularem ciuitate ingressum, eam resp. constitutionem q̄ magis placeat sibi, deligere, quasi rerump. nundinas adueniēte, atq; ita eligentē ciuitatis modum statueret. Fortè exempla huic nequaquā deerunt. Quid verū an nō dulcis hæc prima fronte, atq; diuina videtur vita, ut nos cogaris in hac ciuitate magistratibus fungi, necesse sit ad ista officias, neq; parere si nobis, neq; bellū gerere alijs bellis reuerentibus, neq; pacē agere agentibus alijs, nisi id placeat. Vel et si qua te lex imperare vetet, & sn̄as ferre: nihil minus & imperes, & sn̄as feras in iudicio: modo tibi hoc visum fuerit? Fortè sic primū videtur. Quid autē mansuetudo dānatorum quorundam? nōne decorat an non dū hac in ciuitate vidisti hoīes morte, vel exiliū cōdemnatos, nihilominus vrbē incolere, ac prodire in mediū, & sæpe quasi nemo id videat, aut curet, instar heruum quorundā per vrbem incedere? Vidi equidem multos.

Indulgentia verò ipsius nimia, & sine vlla obseruatione negligentia eorum qua nos dicebamus, rem ipsam honestantes, quando ciuitatem constituebamus, quod videtur nisi fortè quis excellenti sit ingenio praditus, nunquā vir præclarus euadet, nisi à prima pueritia statim honestis sese exerceat ludis, & eiusmodi oīa frequenter exerceat, tãquam quæ alto aīo hæc pessundat oīa: ea inquam, negligentia nihil pensi habet ex quibus studijs aliquis se ad ciuilia conferat, sed honorat, siquis duntaxat ametur à vulgò. Valde admodū generosa. Hæc vtriusq; habebit & horum similia, gubernatio popularis, eritq; ut apparet, dulcis respub. & sine duce, ac varia aequalitatem quandam similiter aequalibus in aequalibusq; distribuens. Manifesta admodū narras. Contēplare quisnam vir talis priuatim sit. an fortè primo inuestigandū est, quomodo admodum in rep. fecimus, quonā pacto talis efficiatur?

Ita prorsus. Nonne ita maximè accidit, ut auari patris & paucorū potentia cupidi filius aliquis sub patris moribus nutriatur? Quidni? Hic vi voluptates suas cœret,

coerces, quacumq; ad sumptus alliciunt, non ad lucrum. quae quidem voluptates non necessariae appellantur. Manifestum est. Num lubet, ne in ambiguitate versemur. Ut in primis quidem quae necessariae sint cupiditates, quae non necessariae, discernamus? Lubet equidem. Necessaria quidem illa merito vocarentur, quas amouere non possumus, & quae cum percipiuntur, nos iuuant, has namque quae querere naturam nostram necessarium est. Nōne? Maxime. Iure igitur eas necessariae appellabimus. Iure. An non recte eas necessariae esse negabimus, quae remoueri possunt, si quis assuescat à teneris, quae uel cum adfuerint, nihil afferunt boni, imò plerumq; nocent? Praeclare quidem. Accipiamus earum exemplar, ut quae utraque sint, cognoscamus, & figura quadam eas inspiciamus. Sic oportet. Cupiditas utique comedendi, bibendi, & obsonij usque ad salubritatem, & bonam corporis valetudinem, necessaria est. Arbitror. Certè cibi usus duplici de causa necessarius, et quia sine ipso uita non sufficit, et quia utilis. Ita est. Aliorum uero condimentorum, quatenus ad bonam corporis habitudinem confert. Prorsus. Sin autem nihil confert vel horum vel aliorum appetentia superuacua, tum est coerceri à teneris potest, obstat autem & corpori et menti ad prudentiam temperantiamque, merito non necessaria nominabitur. Merito. Has igitur sumptuosas cupiditates, illis uero quae stui deditas, quia conferant ad agendum, uocabimus. Quidni? Idemque de ueneris aliisque dicemus. Idem. Profecto, quae facit paulo ante non auimus, hunc esse dicebamus qui talibus voluptatibus & libidinibus plenus est, & cupiditatibus non necessarijs est mancipatus: eum uero qui necessarijs, parca, & paucorum potentia cupidum. Proculdubio. Rursus dicimus quemadmodum ex paucorum potentia cupido popularis efficitur. Videtur autem mihi hoc pacto, ut plurimum, fieri. Quomodo? Quando iuuenis, ut modo diximus, nutritus ruditur, & aride nimium, furorum mel gustat, adheretque ardentibus uehementibusque & callidis animalibus quae possunt omniformes & varias voluptates undique comparare: hinc utique existima eam oriri mutationem, quae iste ex paucorum potentia quae in eo est, transit in popularem. Necessarium est. Nunquid quemadmodum ciuitas mutabatur, dum extrinsecus praesidium alterum partium praestaretur à simili simile: ita adolescentis mutatur ingenium, dum rursus externa rerum cupiditatum species cognata & similis, alteri cupiditatum speciei earum quae in eo sunt, suffragatur? Prorsus quidem. Quod si quae suppetat ingenio eius paucorum imperij studioso, siue à patre, seu à domesticis alijs ferantur, admonentibus, increpantibusque seditio, & reluctatio, et pugna in ipso ad seipsum tunc nascatur. Quidni? Et quomodo, ut arbitror, popularis conditio paucorum statui cedit, et nonnullae cupiditates partim intereunt, partim excidunt, pudore aliquo in animo iuuenili exorto, unde rursus excolitur. Fit nonnunquam. Rursus praeter eas quae excidunt cupiditates, aliae coalescentes cognatae propter inscientiam paternae educationis multae uehementesque sunt. Sic certè fieri consuevit. Trahunt porro ad se consuetudines, ac dum clam serpunt, magnam excrescunt in numerum? Quid prohibet. Tandem iuuenilis animi arcem occupat, praesentientes uacuae esse doctrinarum, honestorumque officiorum, & uerarum insuper rationum. Qui sanè optimi animi custodes seruatoresque in hominum priorum mentibus

extant. Summopere. Falsa uero, & superba petulantia resque rationes & opinioniones eorum in locum succedentes, eundem talis hominis locum obtinent. Maxime. Nōne iterum ad lotophagos illos accedens, manifestè istuc habitat? Ac si ab amicis subsidium aliquod laboranti meliori animi eius parti submitatur, superba petulantesque rationes claudunt regem in eo muri portas, neque subsidium ipsum admittunt, neque legatos priuatorum senum monitus excipiunt, sed ipsa praelio superant: & pudorem quidem appellantes fatuitatem, in exilium turpiter expellunt: temperantiam uero ignauam uocantes, reprobantesque eiciunt: modestiam quoque in moribus, & in sumptibus moderationem, tanquam rusticitatem & illiberalitatem penitus detestantur et fugant, & ipsa uero cum multis futilibusque cupiditatibus inualescunt? Magnopere. Cum haec depulerunt ex eius animo quae occuparunt & purgarunt, magnis impensis iam initiato, post haec petulantiam, licentiam, prodigalitatem, impudentiam, splendidas ingenti caterua coronatas deducunt, extollentes applaudentesque: dum petulantiam quidem, ingenuam educationem: licentiam uero & libertatem & prodigalitatem, magnificentiam: impudentiam fortitudinem uocant. An non ita quodammodo iuuenis transit ex innutritae necessariorum cupiditatum affectione, in resolutam licentiam non necessariorum futiliumque uoluptatum? Planè id constat, inquit ille. Viuit deinceps talis, ut arbitror, nihil magis necessariorum quam superuacuarum uoluptatum gratia erogans pecunias, labores, exercitationes. Verum si ita fortunatus est, ut neque ultra modum debacchetur, sed senior factus, & ingenti uoluptatum turba adueniente, non omnes, sed aliquas admittit, exclusis interim ceteris: nec ingressus illis totum se dat, sed ita uiuit, ut aequaliter singulis impertiat se: ei quae forte tum incidit, uelut magistratus summo imperium sui committens dum ea expleatur, & rursus alteri nulla neglecta, dum unquam apud se alat. Sic accidit. Hic quidem rationem ueram non accipit, neque in custodia sua arcem admittit, si quis dixerit voluptates partim esse bonarum honestarumque cupiditatum, partim uero malarum, & illas exercendas esse, & honorandas: has contra, moderandas & cohibendas. Verum omnibus his annuit, affirmatque similes omnes esse, & pariter honorandas. Profecto quisquis ita affectus est, id agit. Nōne ita in dies uiuit, ut incidentibus praesentibusque semper cupiditatibus obsequatur? dum uidelicet alias ebrietati modulatioibusque indulget, alias aqua potu contentus est & inedia: iterum uero gymnasticae studijs se exercet, nonnunquam remissiori animo torpet: quomodo philosophia attingit studia, saepe et se ad remp. confert, proditque in medium, quicquid obtulit fors, & dicens, & faciens, ac si quomodo milites admiratur, ad eos fertur: sin mercatores, ad hos rursus adueniat, neque ordine ullo aut necessitate uita sua dirigit, sed incudam & liberalè, & beatam hanc uita appellans, hanc assidue colit. Scitè uita popularis hominis nullum delectum uiuendi habetis narraſti. Arbitror equidem plenum hunc diuersis plurimisque moribus esse, pulchrumque & uarium, quemadmodum ciuitatem illam uideri, quae sanè multi atque multa feliciter uiuere arbitrarètur, cum rerum atque morum in se multa exempla contineat. Ita est nimirum. Esto nobis uita talis populari reipub. similis, ut potè qui popularis merito noſcetur. Esto. Reliquum est, ut de praecleara illa reipub. uita roque praeclearo dicamus, tyrannide atque tyrano. Omni-

De tyranni de & tyrano.

no. Age videamus, o dulcis amice, quisnam tyrannidis ipsius sit modus. Principio quod ex populari oritur, ferme est perspicuum. Manifestum. Eadem igitur ratione ex populari tyrannis oritur, qua ex paucorum potentia, popularis. Qua? Quod sibi ciues in paucorum potentia tanquam bonum proposuerunt, per quod & paucorum potentia inoleuit, id erat diuitiarum copia. Nonne? Istud ipsum. Inexplebilis itaque diuitiarum sitis, caterorumque officiorum negligentia propter ipsum quantum eam perdunt. Verum id quidem. Quinetiam eius quod in populari bonum censetur, cupiditas inexplebilis, ipsam quoque peruertit. Quid in ea potissimum censeri bonum dicis? Libertatem. Nam istud in populari ciuitate censeri praclarissimum audies. Ideoque in hac sola habitare par est eum virum qui natura sit liber. Certe nomen istud libertas, in hac ciuitate frequentius predicatur. Nonne quod diciturum est, huius ipsius cupido insatiabilis, caterorumque negligentia hanc mutat rem. cogitque tyrannide indigere? Quo pacto? Quando videlicet popularis ciuitas sitiens libertate, malos pincernas praesidentes nanciscitur, & ea profusus quam decet, sese ingurgitans debacchatur, & princeps velut rigidiores & tyrannicos accusans punit, nisi mites admodum sint, plurimumque licentiae concedat. Sic prorsus accidit. Atque eos qui principibus pariter, oburgat tanquam seruales & proci nullius homines: principes autem subditis pares, et subditos pares principibus, privatim & publice laudat atque honorat. an non necesse est hac in ciuitate ad summam libertatem homines peruenire? Proculdubio. Atque hanc insitam obedientiae impatientem licentiam, o amice, priuatas irrepere in domos, seque usque ad bruta procedere? Quo pacto hoc dicimus? Quale videlicet, si pater filio fiat similis, filiosque metuat, & filius patri sit par, neque vereatur parentes, neque metuat, ut sit maxime liber: inquilinus praeterea ciui, & inquilino ciuis aequetur, peregrinusque similiter. Sic accidit. Haec utique & alia nonnulla minora similia his eueniunt. Nepe ea in urbe praceptor discipulos timet, eiusque blanditur, discipuli praceptores spernunt, & similiter pedagogos: atque ut summam dicam, iuniores senioribus se similes praestant, verbisque & operibus aduersantur. Seniores autem iuniorum gerunt vice, & tanquam scurrae facetijs eos delectant, ne seueri imperiosi videantur. Maxime. Fulgi autem libertas extrema, o amice, talem in ciuitate quanta, quando quidem emptam mancipia nihilominus libera sunt quam emptores: et quanta mulieribus erga viros, virisque erga mulieres aequalitas libertasque sit, ferme dicere obliti sumus. An non secundum Aeschylum dicemus, quod nunc nobis in buccam venit. Sic prorsus, inquam, atque ego quidem ita dico: profecto bestia quae ab hominibus nutriuntur, quanto liberiores hac in ciuitate sint quam alibi, nemo nisi expertus crediderit.

Prouerbiū.

Nam & catella, ut habet prouerbiū, perinde ac herae sunt. Et equi, & asini tanta per vias libertate progredi consuescunt, ut in obuium quoque impetum faciant, nisi cesserit. Ceteraque omnia summa aguntur licentia. Meum certe mihi narras insomnium. Nam mihi rursus proficiscenti frequenter ista contingunt. Vides quod tandem omnium supradictorum summa contendant? Ita siquidem hinc delicatus ciuium animus redditur, ut si quis paulum quid seruitutis afferat, egre ferant, neque tolerant. Demum vero leges omnes tam scriptas, quam non scriptas contemnunt, nequis illis praesit dominus. Manifestum id quidem. Haec, o amice, egregia illa & elegans res est, ex qua ut

mibi videtur, tyrannis nascitur. Elegans certe, sed quorsum hac? Morbus porro qui in paucorum potentia serpens, eam labefactauit, idem & in hac pullulans excresecensque nimia ex licentia, popularem ciuitatem iugo seruitutis subiigit. Ac summam excessus omnes verti penitus in contrarium consuevit, in temporibus, in arboribus, in animalibus, & in rebus, maxime. Haud iniuria. Nimia enim libertas haud in aliud videtur quam nimiam in seruitute conuerti, & priuatim, & publice. Certe id consentaneum. Quam non ab re dicebam non ex alia re, quam populari tyrannide surgere: extrema ex libertate, grauissima & acerrima seruitute. Sic ostendit ratio. At non hoc, ut arbitror, ipse querebas, sed quoniam morbus idem in paucorum potentia populari gubernatione innatus in seruitutem redigit. Vt ra narras. Dicebam utique ocioforum & prodigiorum horum genus partim fortius & viriliter esse, partim ignauis: et illud quidem ducere, hoc autem sequi. quos quidem homines fucis in superioribus comparauimus: illos quidem fucis aculeatis, hos autem aculeis carentibus fucis. Et merito. Isti quidem in quacumque fuerint ciuitate, eam turbant, quemadmodum punita ac bilis corpus. Quos oportet boni medicum & legum fundatorem, non minus quam solent apum cultorem, eminus praecavere, primum quidem ne orientur in ciuitate: ac si orientur, ut cum ipsis fauis protinus excidatur. Ita prorsus agendum. Sic igitur accipiamus, ut perspicacius quidem quimus, cognoscatur. Quo pacto? Trifariam popularem ciuitatem, ut re ipsa est, partiamur. Vnum quidem hoc genus in ea propter licentiam nascitur, non minus quam in paucorum potentia. Est ita. Longe autem acrius in hac quam in illa. Qua ratione? Ibi quia contemptus est, & priuatus uir, imbelles propter desidiam sit. In populari autem id genus ne exceptis paucis praesidet, & quod in eo acerrime dicitur agit: aliud autem in extra tribunalia inherens suspirat, non tolerat, si quis alia dixerit. Quapropter omnia ab hoc genere paucis exceptis in ciuitate huius administrantur. Et maxime quidem. Aliud igitur tale semper ex multitudine excernitur. Quale? Omnibus enim. quatum sectantibus, qui natura elegantissimi sunt, ut plurimum ditissimi efficiuntur. Consentaneum. Hinc utique melis copia & uerberior & facilius fucis exprimitur. Quoniam enim ex his qui pauca possident copia mellis exprimitur? Diuites, ut arbitror, tales fucorum herba vocantur. Sic ferme. Populus autem tertium erit genus, quodcumque ipsi sua duntaxat curant, nec alienis se implicant, haud multum pecuniosus. Quod quidem genus & plurimum est & in populari ciuitate principalissimum, quoties congregatur. Est certe. at non frequenter id facere uult, nisi particeps mellis efficiatur. Nonne semper est particeps, quatenus hi qui praesident, expoliant diuites, dispartuntque populo, sibi uero ut plurimum usurpant? Profecto ita sit particeps. Cogitur itaque repugnare hi qui spoliati sunt, pro uiribus apud populum tum dicendo, tum agendo. Quid enim? Occasione itaque ab alijs acceperunt, cum ipsi non cuperent, rerum inuouandarum, nempe ut infidencur populo, & ad paucorum imperium intendant animum. Cur non? Tandem uero postquam populum uiderunt non sponte, sed per inscitiam a calumniatoribus seductum contra ipsos iniuriam inferre, tunc sane uelint nolint, reuera paucorum potentia studiosi euadunt, haud uero uolentes, sed quod illis hoc malum ingerat fucus stimulas ac punges. Valde

Tyrannus
ex radice
iustitia.

Lepus ex
homo.

Valde quidem. Accusationes igitur, litigia, contentionesq; mutua oriuntur. Et maxime. Ideoq; populus cōsuevit unum aliquem sui defensorem creare, eumq; nutrire, & uti magnū efficiat, confouere. Consuevit certe. Ex quo patet tyrannum ex radice iustitia pullulare. Certum id quidem. Quā nam origo mutationis ex tutore in tyrannum, an videlicet postquam cōcepit qui praeest id agere, quod circa templū Lycæi Iouis in Arcadia fabula refert? Quidnā? Quod quisquis humana viscera cū aliarum victimarum incisa visceribus fortē gustarit, lupus fieri cogitur. Nōne fabulam audisti? Equidem. Eodem modo & hic cuius imperio vulgus oīno obtemperat, cognato nō abstinere sanguine: sed falsis, ut solent, confectis criminibus in iudiciū trahit eos à quibus timet, et iniusta se eade eruent at viri uitā extinguēs, gustansq; lingua impura et prophano ore generis proximi sanguine: ac nonnullos pellit, necat alios, suasorem se aris alieni de cidendi, agros distribuendi praebens. Quare necesse est eiusmodi hominem vel ab inimicis interfici, vel tyrannidē exercere, lupumq; ex homine fieri. Necesse est oīno. Hic quidem aduersus opulentos homines seditiosus. Certē. Nōne ab inimicorum vi huic periculum imminet, qui si expulsus, inuitis redierit inimicis, tyrannus effectus reuertitur? Constat. At si eum calumnijs publicis expellere nequeunt, vel occidere, violentam illi mortē intētat, clamq; insidiantur. Ita certē fieri consuevit. Hinc illa solita tyrannidē postulatio sequitur. Nemp̄ omnes qui huc ascenderunt, custodes aliquos corpori, ut auxiliator populi saluus sit, solent à plebe requirere. Maxime. Dat itaq; eos plebs de illo nimis sollicita, de se autē nimis securā. Magnopere. Cū hac vir pecuniosus animaduertit, qui ob pecunias plebi hostis est, tunc certē iuxta oraculū Cræso datum calculosum ad Herminum fugit, neq; moratur, neq; timidus dici veretur. Haudquaquā secundo iterū vereretur. Sanē quisquis comprehensus fuerit, ultimo supplicio afficitur. Necesse. At populi ille defensor magnus magnifice haudquaquam sese gerit, sed alios prosternit plurimos, ipse in curru ciuitatis consistit tyrannus ex tutore effectus. Quid prohibet? An uis enarremus beatitudinem viri huius, & ciuitatis, in qua vir talis innascitur? Provisus quidem. Principio quidē oēs saluat, aridens quibuscunq; obuius fuerit, & nomen tyranni recusat, pollicetur multa, & priuatim, et publice, are liberat alieno, agrosq; distribuit populōq; et familiaribus suis, ac deniq; oībus mansuetus & mitis esse simulat. Necesse est. At cū primum externos hostes partim sibi cōciliauit, partim extinxit, rebus iam pacatis, statim ut populus duce semper indigeat, bellum ali quod nititur excitare. Consentaneū est. In quo illud insuper efficit, ut qui sub eo sunt plurimis exhausti sumptibus, ad quotidianū uictum cōuerti cogantur, minusq; aduersus tyrannū insidias meditentur. Patet. Quinetiā siquos agnouerit liberali esse ingenio p̄ditos, talesq; ut imperiū eius recusaturi videantur, ut ad eos extinguendos occasione habeat, hostibus obijcit. His de causis necesse est tyrannū semper noua bella mouere. Necesse. Quare de re ciues sibi infensos reddit. Sumopere. Verisimile est, ut nonnulli eorū qui tyrannidē suffragati sunt, & apud tyrannū plurimū possunt, audacter tam inter se quā cum eo, quae gerūtur, improbent, p̄sertim si qui altiori animo

sint. Verisimile. Consentaneum est, ut hosce oēs tyrannus e medio tollat, si modo sit dominaturus, quousq; neminem relinquat amicorū uel hostium qui alicuius momenti sit. Manifestū id quidem. Acute igitur inspicere illū oportet, quis fortis, quis magnanimus, quis prudens aut diues sit. Nemp̄ usque adeo beatus est, ut seu uelit, seu nolit his inimicus futurus sit, eisq; insidietur, quousque ciuitatē purgauerit. Egregiam sanē purgationem narras. Contrariam planē medicorū purgationi. Siquidem medici à corpore quod deterrimum est, abstergunt, quod uerò optimū est relinquunt. Cōtrā tyrannus efficit. Ille quidem sic facere cogitur, si modo sit dominaturus. Beata nimirū necessitate adstrictus est quae illi praecipit, ut vel cū plurimis improbis uitā agat, à quibus et odio habeatur, vel oīno non uiuat. Talis profectō eius conditio est. Nōne quo infensiores habet ciues, dum haec agit, eo pluribus & fidelioribus satellitibus indiget? Quid prohibet? Quinam igitur huic fideles maxime? Unde illos accerses? Vltro aduolabūt undiq; multi mercede pellecti. Fucos iterū mihi uideris per Canem quosdam dicere, externis & varijs ex gentibus cōfluentes. Vere tibi uideor. Quis autē ex indigenis? Nōne aliqui, si uoluerit? Quo pacto? Scilicet si proprijs seruis sublati uoluerit ciues aliquos liberare & satellitibus suis asciscere. Maxime quidem, quoniā fidelissimi sibi hi sunt. Quā praclarā narras tyranni possessionem, si quidem talibus amicis fidisq; hominibus utitur, cū priores illos perdidit. Attamen talibus utitur. Atqui mirantur eum amicitiales, conuersanturq; cū eo noui ciues, boni autē uiri oderunt ac fugiunt. Quid uetat? Nō temere igitur tragœdia sapiens artificium esse, atq; in ea Euripides excellere uidetur. Quamobrem? Quod & hoc profunda mente cecinit, sapientes tyrannos esse sapientum consuetudine, dixitq; hos sapientes esse qui cū his conuersantur. Quinetiā tyrannidē tanquam rem diuinā extollit: aliaq; permulta hic, alijq; poeta. Enimuerō poeta tragici utpotē sapientes nobis ignoscent puto, & illis qui perinde ac nos rempub. administrant, si eos in nostram rempub. non admittamus, tyrannidē scilicet laudatores. Ignoscent, ut arbitror, quicumque inter eos uiri elegantiores sunt. Ceteras uerò circumeunt ciuitates, turbam congregantes egregijs grandibusq; & probabilibus uocibus quibus precium non deest, respub. in tyrannidē trahunt, et popularem statū. Vehementer. Nōne pro his precium capiunt, honoranturq; in primis quidē ut uerisimile est à tyrannis, deinde et à populari illa republica? At uerò quo altius ascendunt in arduum rerūpublicarum verticē, eo magis eorum deficit honor, ut qui defessus crebriore anhelitu progredi nō ualeat. Ita nimirum. Sed ne postquā huc digressi sumus, longius progrediamur, dicamus unde tyrannus exercitum illum suum praclarum, uariū, semperq; diuersum alat. Constat in primis quod siquae sunt sacra opes in ciuitate, eas surripit, consumetq; quousq; illa sufficiet quae uenduntur, dū leuiora exigit à plebe tributa. Quid si opes haec defecerint? Patet quod ex paternis aletur & ipse et collega ipsius cōubernalesq; et scorta. Intellego equidē quod populus qui tyrannum genuit, ipm̄ amicosq; eius enutriet. Ita cogitur. Quid uerò si succēat populus, dicatq; haud aequū esse ut adultus filius à patre amplius enutriatur, sed cōtrā à filio pater,

o y neque

neque se ad hoc eum creasse, ut adulto iam filio, pater ipse, seruis eius seruiens, & ipsum nutriat, & ipsius seruos, & alios praterea omnes undique confluentes eius astipulatores, verum ut à diuitibus his qui praelari & boni existimantur in ciuitate, hoc praeiudice liberetur: atque ita iubeat populus abire illum è ciuitate, eiusque amicos, perinde ac pater filium domo una cum debacchantium turba depellens? Agnoscat per Iouem tunc demum populus qualis ipse, & quali bestia delectatus sit, dum eam generaret atque educaret, tunc quanto ipso debiliore potentior em eicere tentet. Quid aus? Audebit tyrannus patri vim inferre, & si non obtemperet verberare? Imo verò. nam auferet arma. Patricidam ergo dicit esse tyrannum, durumque senectutis educatorem. Atque ut videtur, haec proprie est tyrannis, ut fertur, populus seruitutis liberorum hominum fugiens fumum, in flammam seruilis dominationis incidit, loco ingentis illius & importuna libertatis, durissimam acerbissimamque seruorum subiens seruitutem. Ita nimirum accidit. An non igitur probe à nobis dictum fuerit, si sufficienter pertractatum dicamus, quo pacto tyrannis ex populari gubernatione nascatur: & nata quum est, qualis sit? Valde quidem sufficienter.

DIALOGVS NONVS DE IVSTO.

MARSILII FICINI
ARGVMENT.



OCRATES quam plurima de regia optimatum vita tractauit, multa etiam de contraria eius tyrannide disputat, ut & illam tanquam beatissimam comprobemus, & hanc reprobemus quasi miseriam. Quod non solum agitur in octauo, sed nono insuper agitur de tyrannide, qua scilicet ratione potissimum fiat

ex populari, qualis quoque sit, quam noxia, quam infelix: quo videlicet primam qua in animo sit tyrannidem, totis viribus deicemus, vicissimque regnum animo intimum complectamur. Per haec statim ad primum redibit disputationis vniuersae propositum. Quo rursus statuit demonstrare iustitiam non opinione duntaxat humana esse laudabilem, sed etiam ipsa sui natura & honesta mirum in modum, & salutari esse ante omnia venerandam. In iustitiam quoque non obmetum vel legum vel infamiae solum vituperandam esse, sed etiam propter ipsum maleficentiae naturae suae venenū procul effugiendam. In iustitiam verò cum nominat, alias legalem communemque designat iustitiam, virtutem scilicet vniuersam sub legum providentia instituta: alias iustitiam magis propriam siue distributivam, per quam & in ciuitate pro meritis honores, praemia, poenae distribuuntur, & in anima partibus animae pro dignitate naturae actiones & munera tribuuntur: siue commutativam, per quam & in ciuitate aequo & legitimo precio res, vel rebus, vel pecunijs commutantur, & in animo ita quasi similiter commutantur officia, ut quantum ratio inferioribus commuluit, tantumdem vires inferiores pro rationis imperio necessaria submitrent. Inter haec nota tyrannicum animum ita perturbatum esse, ut proprie iudicetur libidine perditus & temulentus, & furiosus atque immanis. Quippe cum quasi fera immanibus ijs libidibus rapiatur, quarum feritatem ceteri solum somniantes interdum experiuntur. Quae verò hic ad falsitatem & veritatem & ratiocinium somniorum pertinent, in theologia abunde tractamus. Considera quam diligenter mala communeret omnia, quibus ciuitas oppressa tyrannide premitur, quam ve apte totidem mala ac etià plura in tyranni animo numerat, adeò ut nihil miserabilius possit effingi. Mox disputationem totà huc tendentem, ut sapiens inquit, vita vite contraria praeratur, in tria redigit capita. Primum esse vult, quod haec tenet est tractatum, ex comparatione videlicet insipientis iniustique hominis ad ciuitatem quandam nulla sapientia et iustitia gubernatam. Vbi profectò

apparet et ciuitatem illam, & hominem aequa ratione pessimè & infelicissimè se habere. Secundum verò caput nunc aggreditur, distinctionem illam partium a se repetens in ratiocinandi & irascendi & concupiscendi naturas: quibus tres quoque vitas accommodat, philosophicam, ambitiosamque & cupidam: cupidam inquam pecuniarum gratia voluptatum, ideoque auara et nominatur. Tres similiter disponit partes in ciuitate, magistratus, milites, quaestuarios. Probat deinde vitam virtute praeditam magis eligendam esse quam uitiosam. praeterea quod sit reuera suauior. Nempe cum trium illorum quilibet vita sua voluntatem ceteris praerferat, solus id philosophus potest rectè iudicare. Opus n. est ad iudicium experientia, prudentia ratione. Principia quantum ad experientiam pertinet, philosophus quidem & sui propria, & aliorum voluptates est expertus: quo sit ut facile quae sit praerferenda, cognoscere possit. Ceteri verò philosophantibus gaudia nunquam degustare, ideoque voluptates suas cum philosophantibus gaudia comparare non possunt. Praeterea solus philosophus perfecta pollet prudentia, & assignandarum industriarum rationum. quae quidem duo reliqua sunt ad iudicium necessaria. Cum ergo philosophus sapientissimus sit, ut & gaudia ambitiosa libidinosaque vitae anteponat oblectamentis, iure ex ipsis in dicitur veri sententia vitam virtute rectam vitae uitio disolutae antefere debemus. Tertium denique caput inde potissimum exorditur, quod in solo sapiente inest, viro voluptas vera reperiri potest. In ceteris autem voluptatem falsam & vmbrailem esse constat. Quod quidem ita probatur: voluptates ut plurimum vehementes, repletiones quaedam sunt indigentiae. Atque ubi & quod impletur & quod implet verius perfectiusque est, impletionis modus prior atque efficacior, ibi verius est voluptas, & perfectior, & ingentior. Cui igitur intellectus veritasque intelligenda veriore perfectioreque naturam habent, quam sensus atque sensibile, ac veritas interius penetret intellectum quam sensibile sensum, & sine mixtione doloris accedat, sequitur voluptas intelligente veriore esse atque perfectiorem. Inter hac casu quodam modo quid interserit mathematicum, cuius declarationem ex coniectura in Timaeo accipies opportunus. Attende deinceps ad illam animae naturam figuram. In qua sub multiplici bestiae nomine intellegit concupiscendi naturam: sub figura leonis, irascendi vigorem, sub forma hominis, rationem. Et vide quam exprose depingat ambitiosam, vmbrosam, libidinosam hominis vitam, imo miseram seruitutem. Item ibidem accipit formulam, qua possit transmutari in bestiam ita interpretari, ut in bestiarum affectus & habitus potius quam in corpora mutari dicatur. Praeterea memento, quemadmodum in corpore perspicua sunt sanitas, robur, pulchritudo, non opinione, sed natura sunt bona, praeter contraria mala similiter: sic in anima prudentiam, temperantiam, fortitudinem, iustitiam naturaliter esse bona, naturaliter quoque horum contraria mala. Denique accipe totius vitae formam, per quam ita corpore cuncta disponas, ut animi temperantiae consonent. Atque ita eligas singula, quatenus conferant ad animi sanitatem: & contra quae hanc impediunt, procul effugias, habites semper metu arceas, atque ab ea nullis aut illecebris, aut minis te precipitari permittas. Cui vero & te ipsum et alios ita formare volueris, suscipe perspicuum respiciens exemplar in caelo: in caelo inquam. ordine celestium motuum, altius in mente diuina: ut inde tandem ad ipsius imaginem, te ipsum primo, deinde familiam, tertio ciuitatem, iuste feliciterque conformas.



EINCEPS considerandum restat, in quam ego, qua ratione vir tyrannus ex populari fiat, qualis sit, & nunquid vitam ducat miseram, an beatam. Certè id reliquum est, inquit ille. Sed quid adhuc desiderem? Quid? Nondum sufficienter distinxisse videntur, quot sint, et quales cupiditates. Ac nisi id constet, obscurum erit eius quod quaerimus inquisitio. Opportunum verò adhuc erit. Prorsus quidem ac vide quid in eis nosse velim. est aut tale. Earum voluptatum cupiditatumque, quae non necessariae sunt, videntur mihi quaedam legibus repugnantibus, omnibus inesse quidem: legibus autem et melioribus cupiditatibus pariter cum ratione castigata, in quibusdam hominibus vel omnino obsolescere, vel adeo reprimi, ut rara admodum exilesque reddantur: in alijs autem vehementiores frequentioresque euadere. Quas potissimum istas uocas? Quae somnii sapientum excitantur, quoties animi pars illa, quae rationis particeps mansuetaque & illius domina est, dormit, serena autem & agrestis